

Sigismundus Dei Gratia rex Poloniae ma-
gnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Ma-
sovia & Dominus et haeres. Reverendo
in Christo Patri et Domino Joanni Episcopo
Karniensi sincere nobis dilecto.

Pinde in Xto Pater sincere nobis dilecte!

Quae pericula et discrimina impendeant univer-
sae reipublicae Christianae, propter eas clades,
quas serenissimi et excellentissimi fratres im-
peratoria et regia Romanorum Majestates
proximis superioribus mensibus ingentes ac-
ceperunt, non ignorat procul dubio Pater-
nitatis tuae, ne nos quidem vacuo esse animo
possumus, ab omni periculi metu, etiamsi à
nemine indictum ac denuntiatum bellum
habemus. quare pro officio nostro regio, quo
summo possumus studio providere conamur,
ut ratio propulsandi periculi iniri possit, ut
si quis de improvviso in regnum ditionesque
nostras impetum hostis fuerit, ne nos proisq[ue]
imparatos offendat, quare cum hac de cau-
sa tum alijs nonnullis de rebus legatione no-
strum ad comitia terrarum nostrarum Pruf-
siae Marienburgi proximo mense Mayo ce-
lebranda designavimus. Paternitatem tuam
hortamur ut ipsa quoque ad ea se comitia,
quae pro festo divi Stanislai Marienburgi
habebuntur conferat, et ubi mandata nostra

1542. 10. 24. 2481

exposita per legatum nostrum fuerint, una
cum alijs pro officio suo diligenter consul-
tet ac prospicere omni ratione conetur, ut
ne quid terra nostra Prussia detrimenti
accipiant, cum regno nostro separatim ab
illis nihil accidere possit, facturis pro offi-
cio suo et gratia nostra. Datum Vindobie die
decimâ mensis Martij anno Domini mil-
lesimô quingentesimô quadragesimô se-
cundô.

Ad mandatum Sacra Ma-
jestatis Regie proprium.